



JOANNIS DEVOTI  
DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA  
EPISCOPI ANANIENSIS  
INSTITUTIONUM  
CANONICARUM  
LIBRI IV.  
TOMUS PRIMUS.

EDITIO PRIMA VENETA.




VENETIIS ( 1796. )  
- - - - -  
TYPIS SEBASTIANI VALLE.  
SUPERIORUM PERMISSU.



## P R A E F A T I O

*ad cupidam Sacrorum Canonum Juventutem.*

**O**MNIS fere aetas magnam effudit copiam Scriptorum, qui Juris Canonicis Institutiones mandarunt literis, sed inter eos vix illum inventimus, cuius scripta usui possint esse vobis, Optimi Adolescentes, in quos erudiendos omnes nostraras curas, & cogitationes conferre debemus. Quidam enim ita unopes, & jeuni sunt, ut offa solum, non saginum videantur tradere ecclesiasticæ jurisprudentiæ; quidam obruunt ingenia nimia retinacopia, & varietate, atque intempestivis, verbosisque questionibus, quas cum ipsis principiis absurdè confundant, adeo ut noxi interdum vix plerumque autem ne vix quidem possit, quid pro certo sumendum, quid dubium, controyentique sit; quidam nullam sibi negotiis sumunt de causis rerum, & memoria vetustatis; quidam denique ita eruditionis studio rapuntur, ut ad antiquitatem, atque ad omnem recentiorum statum. Nos omnes studiis declinare scopulos, ad quos ceteros offendisse novimus. Quantum effecerimus, aliorum sit iudicium, conatos certe esse præ nobis ferimus. Nam nostris Institutionibus complexi sumus antiquar, medium, novam Ecclesiæ disciplinam,



## PROLEGOMENA

### C A P U T I.

*De Ecclesia, ejusque natura, & characteribus.*

- |                                |                                  |
|--------------------------------|----------------------------------|
| I. Juris definitio.            | VIII. IX. X. Vis, & ratio po-    |
| II. Divisio.                   | testatis ecclesiastice.          |
| III. Ecclesiae institutio.     | VI. Ecclesiae signa. Ha una est. |
| IV. Definitio, & natura.       | XII. Sancta, Catholica, Apo-     |
| V. Imperium, & administra-     | stolica.                         |
| tio.                           | XIII. & XIV. Ecclesia Roma-      |
| VI. Ea Res publica est a civi- | na.                              |
| li distincta.                  | XV. Pseudo-Ecclesia hereti-      |
| VII. Distinctio ecclesiastice, | corum.                           |
| & civilis potestatis.          |                                  |

### S. I.



Uris nomen sive a *justitia factum* est (1), sive a *jubendo*, quoniam Majores nostri jura dicebant *justa*, aut *jussa* (2), quod ea contine- rent, quæ *justissit* Populus. Ejus autem non una est significatio.

Nam & quod æquum, bonum- que est, ac rationi consentaneum (3), & artem ipsam æqui atque boni (4), & legitimam quid habendi, ac retinendi potestatem (5) jus ap- pellamus. Nobis hoc loco jus est collectio le- gum, ac regularum, quibus ntitur humanum genus, ut justa, & injusta distinguat. Nam ad justitiam recte gerendam leges pertinent, & omnes in commune bonum sunt.

(1) *Historius Hispan. etymol. lib. 5. cap. 3. pag. 57. edit. Paris. 1601. Leg. 1. ff. de iustit. & iur.*